Ms 30/ I 87. ~~106~~

Sese comendat Vir prestantissime et Amice cordialis Lras tuas nouissimas et mihi Jucun-
dissimas gaudenter suscepi et legi / et presertim sup honore Rectoratus quo nullus eluencior
vir vnquam decoratus est / plurimum gauisus sum. Tum ad decorem tue dignissime psone tum etiam
ad totius parentele tue extollenam ymo Universe nre prie laudem. faxit deus vt semper
tibi bene sit et qui te ad hec elegit Non vt saule deijciat Sed cum manu forti et te et actus
tuos feliciter prosperare dignetur vt mr psuasum esse videt Ut hec verba sapientis (tibi notissima)
Jugi memorie Imprimant Cum aut quanto magnus es humilia te in omnibus. Lras ad te
nup cum germano tuo missas / in quibus consilium dedi vt accepto mediocrimo insignys Statim
ad nos accelerare no differas scripseram no puto ad te no datas. Et si apud nos / Non
iuxta tuam magnificentiam tractari valeas Sz quod nobis possibile erit faciemus etc. De re
quo intitulatus sum et J. Non possum tuam pstanciam / longe maioribus occupatam molestare.
Hugo paternus et si no in lecto decumbat Nec tn edes egredi potest timere Condicionem
quam Confederatorum. Nri confederati cum gallo fedus perpetuum inierunt Magna pecunia
data et postea danda Ubi nolo pias aures tuas diutius offendere intelligo eum
et genitore tuum lras ad te dedisse quibus vt no dubito te plenissime informabit
Demum et lras insignium familie vre iuxta tuum desiderium mitto / p Augustinum
fechter opidi nri prothonotarium qui se tue humanitati obsequiossimum exhibet / colla-
tionatas Vale dignitate parens etate filius dilectione frater consciptus et me vt
facis ama. Saluta Melchiorem fratrem tuum Eumque p dno vt eadem prosequere amore.
Verum oro et Georgium bruder meo nomine salutem dicito oro Ex sancto gallo 16 decembris
Anno 1516.

Hermannus Miles

Totus Tuus

Hermannus Miles

Excellentissimo Insigniqꝫ Viro Joachimo Vadiano
Study Viennensis Gymnasiarche Poeteqꝫ laureato etc
dño et Amico colendissimo

Hermanus Miles.